

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Paupertas y  
cum uariis

O miserabilis conditio mendicantis! Et si petit, pudore confunditur; et si non petit, egestate consumitur, sed ut mendicet necessitate compellitur. Deum causatur iniquum quod non recte diuidit; proximum criminatur malignum quod non plene subueniat, indignatur, murmurat, imprecatur. Vnde Salomon: Melius est mori quam indigere. Eciam proximo suo pauper odiosus erit. Fratres hominis pauperis oderunt eum, insuper et amici procul recesserunt ab eo.

Innocencius de uilitate conditionis humane.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Deum causatur iniquum] Deus causatur iniquus P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; causatur] cantur (*cor. in marg.*) M; proximum criminatur malignum] proximus criminatur malignus P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; pauper *om.* C P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; pauperis] pauperes L<sup>2</sup>; procul *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>